Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Schede

Benevolum Lectorum ad Oratiunculam De vitando pravo sodalitio In Discessu suo e Schola Gustroviensi In Academiam Balticam a Luca Willebrando Gustroviensi ad Diem VIII. Apr. hora IX. habendam

Rostochi[i]: Richelius, [1646]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742549801

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742549801/phys_0001
DFG

MK-9453.(1.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742549801/phys_0002
DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742549801/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742549801/phys_0004
DFG

Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Jeschajahu proph. concionum.
Funebria in obitum Gust. Adolphi Svec. reg. .. habita a G. Schedio, Rect. Sch. Gustr. 1633.
Lessus Regius, Das ist Sehnliche Klag: u. Trawer Schrifft üb. d. .. Hintritt .. Gustavi
Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.
Progr. 1646. (Lectorem ad orat. invitat Rect. Sch. Gustr. etc.)
" 1648. " "
" 1649 (I Jan. II März III Dec.) " " "
" 1650. (I Aug. II Nov.)
" 1652. " —
" 1653. " —
" 1655. " —
" 1658. (I Oct. II Dom. Laetare.) [III] Juni [IV] —
" 1663.
Natales Reipublicae Mecklenburgicae sacri. Güstr. 1666.
Joh. Schuckmannus, De mysterio pietatis sub praes. G. Voigtii Güstr. 1671. (Nur Titelblatt.)
Huht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub praes.
G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Güstrovi (1671.)
Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Güstr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)
J. Otto, Theses log. resp. Baleke. Güstr. 1706. Editio II. 1710.
" De veritate rel. christ. .. resp. Starck. Güstr. 1710.
In alterum jubilaeum Lutheranum .. Güstr. 1717.
Saeculare laudis sacrificium .. oblatum a nonnullis Athenaei Gustr. Collegis. (1717.)
Thesium misc. decadem .. moderante J. Ottone Rect. prop. D. Sandow. G. 1717.
.. Triumph-Lied .. z. Luth. Jubel-Fest .. G. (1717.)
Festum translat. Bibl. Luth. germ. ... celebr. .. invit. Richter, Gustr. Rect. (1719.)
" " " " Cantata .. (1719.)
Progr. z. Festum saec. II Augustanae Confessionis .. invit. " .. (1730.)
" " Cantata .. (1730.) [1730 steht MK. 885²]
Progr. z. Geburtstagsfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)
" " 1732. (" De Alberto et Johanne)
" " [1733 steht MK. 885¹] 1734. (" De rebus Mecklenburgicis .)

NB. Progr. z. Geburtstagsfeier d. Herzogs 1718 ff u.a. siehe KL. 74.

Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

" " " 1736. (" ")

" " " 1737. (" ")

" " " 1738. (" ")

" " " 1739. (")

" " " 1741. (")

" " " 1743. (")

" " " 1744. (")

1745.

1746.

1747.

1848 Severi Carmen bucolicum ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

Philippi Julii ducis Pom. diarium itineris ed. Richter. 1751.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742549801/phys_0006
DFG

4

Benevolum Lectorem

ad

ORATIUNCULAM

De vitando pravo ſodalitio

In Diſceſſu ſuo

è Schola GUSTROVIENSI

In Academiam BALTICAM

à

LUCA WILLEBRANDO

Guſtrovienſi

ad Diem XIII. Apr. hora IX. habendam

Honorificè invitat

M. GEORGIUS SCHEDIUS,

Scholæ Guſtr. p. t. Rector.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Sen: Typ.

118. 1640

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn742549801/phys_0007 DFG

Lectori benevolo S.

Priſci Philoſophi ab accidentibus Hominem deſcripturi, inter alia dicebant eſſe animal ſuâ naturâ communicabile & ſociabile. Confirmat hoc Cicero: Naturâ, dicens, nos eſſe aptos ad cœtus, concilia, civitates. Hæc, cùm ſint nimis generalia, ut quæ potiſſimum concernunt principium omnis ſocietatis, quo nomine Volaterranus dignatur Conjugiū, unde poſtea alii ſtatus omnes, à quibus excluduntur illi, qui ſeceſſu & ſolitudine gaudentes moroſo eſſe ingenio ſueti ſunt, ad quos in vitæ communis ſocietatem convocandos plurimum induſtriæ poſuerunt Philoſophi veteres, Muſeus, Orpheus, Amphion & alii, miſſa facimus. Nobis hîc ſermo eſt de hominum genere, ſibi per annos immaturos conſulere neſcio, quomodo illi, & quibus convivendum ſit, quosq; ſibi ſocios & ſodales eligere debeat. Verbum Dei, vera illa & certa lucerna pedibus noſtris, certum modum in teſquis & ſalebris hujus vitæ ſine pedum alliſione progreſſuris monſtrat, omnes juniores καθ' ὑπερβολὴν ita informans: In quo Puer corriget viam ſuam? In cuſtodiendo ſermones tuos. Et alibi beatum prædicat, qui non ambulat in conſilio impiorum, & in viâ peccatorum non ſtetit, neq; in cathedrâ peſtilentiæ, aut irriſorum ſedit. Quibus verbis tres facit gradus hominum, niſi maturè in viam ſalutis ſeſe recipiant, certo certius periturorum. Primò occurrere cupit omni ἀφορμῇ & occaſioni amicitiam cum improbris contrahendi, ſub voce acceſſus ſive ambulationis: Et ſi fortè per ignorantiam à viâ bonâ in malam deflexerint, ut retrò mox pedem ferant, Ideoq; ſtatim ſubjungit. Qui in via peccatorum non ſtetit. Tertius gradus eſt ſedentium, in quo ordine ponendi extremè improbi, qui ſe jam addixerunt malorum conſortio, vitamq;, mores, & conſilia eorum participant. Hos ſapientiſſimus Regis hujus pientiſſimi filius Salomon mox ſub initium parœmiarum aurearum verbis compellat blandiſſimis; Fili mi, inquiens, ſi te lacta-

lactaverint Peccatores, ne acquieſcas. Et ne ambules cum eis, pedemq; tuum prohibe à ſemitis eorum. Ex his doctrinis, velut ex orâ quâdam fontanâ hauſere Græcorum Philoſophi & Poëtæ, quicquid reconditioris apud ipſos & nos hodie ſapientiæ circumfertur. Non tamen diffiteor, multa ab ipſis mutata, multa cœno profano conſperſa, nonnulla etiam ænigmatũ eſſe *pleniſſima*. Et huc non injuriâ referri poſſe videtur *Pythagoræ* illud: *μὴ γεύεσθαι μελανούρων*. Hoc ænigma à piſce Melanuro deſumptum, non ita ſimpliciter vult intelligi Plutarchus, ejus & aliorum interpres primus, ac ſi à piſce illo ſaxatili adeò nobis ſit cavendum, cui eſt cauda nigra, vel nigræ in cauda maculæ; Sed potius, ut vitemus malorum conſortia, qui primo quidem aſpectu probi apparent, malitioſi autem quiddam ſemper ſub ſimulata probitate circumferunt. Quis non videt, verba Davidis & Salomonis ænigmati huic incluſa ſententiam horum ſub alienis verbis ob oculos ponere? Quid enim ſunt hi piſces, maculis caudam nigris notati aliud, quàm improbi ſodales, qui voce non rarò melleâ, veſte ovillâ, vultuq; ad probitatem compoſito alios, hujusmodi fallaciarum neſcios circumveniunt, tegentes interim caudam, id eſt, vitia & improbitatem, quæ iſtis miſellis, miſere circumventis, tùm demùm pateſcunt, quando ipſis ex malorum ſymplegade emergendi omnis ablata videtur occaſio. Interpretatur idem Horatius: Hic niger eſt, hunc tu Romane caveto. In quos autem Poëta hoc ipſum detorqueat, videre illic licebit. Ex paucis, quæ dixi, liquére puto, hoc ænigma, licet de omnis ætatis, omniumq; ſtatuum hominibus dici mereatur; nulli tamen eſſe accommodatius, quam Adoleſcentibus, qui nullo diſcrimine habito ſibi amicos legunt, parum hoc Pythagoræ curantes; nec, quid Cicero alicubi ſuadet; neminem nobis eligendum, cui nomen amici tribuamus, niſi quo cum prius modium ſalis abſumpſerimus; Hoc imprimis ſeculo, unde omnis exulat Candor, ſimulatio regnat,

re-

regnant inſidiæ: Societas nulla tam ſancta eſt, nulla amicitia tam firma, in quâ quosdam malos reperire non liceat. Erant in arcâ Noë octo ſaltim homines, & tamen unus illorum repertus eſt reprobus, & incantator peſſimus. Inter XII. Apoſtolos Chriſti, erat Judas ſui Magiſtri proditor, Petrus abnegator, adeoq; omnes fugitivi. Quis non dixerit Angelorum conſortium ſanctiſſimum? Sed admixta Luciferi & Sociorum defectio erat deteſtabilis. Adeo pauci ex multis amici ſunt homini & DEO ipſi qui certi ſint! Nos Davidem & Jonathanem; Tobiam & Raphaëlē, Lælios & Catones, id eſt, optimos quosq; nobis eligamus, quibus convivamus: Nigros vice verſâ, i. e. malos ſtudioſè vitemus, ne & ipſi nigredine, i. e. vitiorum turpitudine conſpurcemur.

Et hâc de re VIRI NOBILISSIMI, MAGNIFICI, ADMODUM REVERENDI, AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMI, CLARISSIMI, HUMANISSIMI horâ IX. craſtini diei HXIII Aprilis LUCAM WILLEBRANDUM pluribus paulo audient diſſerentem, qui hâc de re EOSDEM, vi hujus intimationis omni animi ſubmiſſione ſolicitat, ut ſibi ultimò fortè in hâc Scholâ peroraturo, benevolos ſeſe exhibere, hujusq; materiæ recitationi intereſſe non graventur. Sacrificium hoc Muſis erit gratum, quo cœteris hic manentibus facem ad ſimilem in diſceſſu ſuo induſtriam prælucere hic noſter deſtinavit.

GUSTROVI XII. Aprilis Anni clɔ Iɔ CXLVI.

M. Georgius Schedius.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742549801/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742549801/phys_0012
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742549801/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742549801/phys_0014
DFG

laſtaverint Peccatores, ne acquieſcas. Et ne … n eis,
pedemq; tuum prohibe à ſemitis eorum. Ex h … vel-
ut ex orâ quâdam, fontanâ hauſer: Græcoru … i &
Poëtæ, quicquid reconditioris apud ipſos & n … ien-
tiæ circumfertur. Non tamen diffiteor, mu … uta-
ta, multa cœno profano conſperſa, nonnulla … natū
eſſe pleniſſima. Et huc non injuriâ referri p … Py-
thagoræ illud: μὴ γεύεσθαι μελανούρων. Hoc ænig … Me-
lanuro deſumptum, non ita ſimpliciter vult int … hus,
ejus & aliorum interpres primus, ac ſi à piſce … adeò
nobis ſit cavendum, cui eſt cauda nigra, vel nig … ma-
culæ; Sed potius, ut vitemus malorum conſ … imo
quidem aſpectu probi apparent, malitioſi auten … ſem-
per ſub ſimulata probitate circumferunt. Qui … ver-
ba Davidis & Salomonis ænigmati huic incluſa … ho-
rum ſub alienis verbis ob oculos ponere? Qui … i pi-
ſces, maculis caudam nigris notati aliud, quàn … oda-
les, qui voce non rarò melleâ, veſte ovillâ, vu … pita-
tem compoſito alios, hujusmodi fallaciarum … um-
veniunt, tegentes interim caudam, id eſt, vitia & … tem,
quæ iſtis miſellis, miſere circumventis, tùm de … unt,
quando ipſis ex malorum ſymplegade emerge … bla-
ta videtur occaſio. Interpretatur idem Hora … iger
eſt, hunc tu Romane caveto. In quos autem … ſum
detorqueat, videre illic licebit. Ex paucis, … uére
puto, hoc ænigma, licet de omnis ætatis, om … rum
hominibus dici mereatur; nulli tamen eſſe … tius,
quam Adoleſcentibus, qui nullo diſcrimine ha … icos
legunt, parum hoc Pythagoræ curantes; nec, … ali-
cubi ſuadet; neminem nobis eligendum, cui … tri-
buamus, niſi quo cum prius modium ſalis abſu … Hoc
imprimis ſeculo, unde omnis exulat Candor, … nat,
re-